ILLUSTRI
Nobilissimoque Viro Domino
CONSTANTINO HUGENIO
Comiti de Selehem et
Toparchae in Zuylichem
G. W. S.

Mensis iam est, et quod excurrit VIRORUM NOBILISS. ex quo ad TE Litteras feci: quibus inter alia rogabam; Uti velles perscribere ad Gubernatorem Traiectensem, hoc acturum, quo recluderentur mihi Armaria sive autem Ἀρχεῖα Capitulorum praesertim B. Mariae: quoniam certus sum latere in illis quod ad Illustrandum Saleheimum Tuum luculenter facit. Credebam iam id factum, ideoque huc per occasionem advolans, non inveni Gubernatorem ipsum in Urbe. Spadam is abesse dicitur. Gubernatoris vicarius (Commandantem appellant) nihil se abs TE habere mandati mihi respondit: atque etiam ultro id petiit; uterer occasione scriptionis hodiernae. Rogo ergo denuo, ut etiam ad illum velis scribere, hoc est, TUI memor esse, cuius ego Gloriam unice depereo. Super Legibus SALICIS earumque Natali solo non somniculosus obstetricator

TUAE NOBILITATIS
Sedulus semper Cultor
Godefr. Wendelinus

Traiecto ad Mosam
Idibus Augusti 1647.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4643

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4643

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4643

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4643

ad 22

28

Nobilissimo Viro

CONSTANTINO HUGENIO

D[om]no De Zeelheim et

Toparchæ de Zuylichem etc.

Hagam.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4643

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4643